ſtitut.Regni, quæ incipit, qui litteras, lib.3. quem referr, & ſequitur Caſſan.in conſuet.Burgund.fol.64.numer.51.& plenius per Fab.Monteleo.in ſua Praxi.arbit.part.4.numer.815.
194 vbi ſi in hoc crimen falſificationis litterarum Apoſtolicarū, & Regiarum ſedecim ſpecialia accumulauit.

z *ras* z *Papę, Regum, &c, Et*
31 *nota, quod clericus committēs crimen in litteris Appſtolicis ſtatim eſt degradandus, & tradendus curiæ ſeculari, vt dixi infra §.fin. quęſt.36. verſicul. Scias etiam, & verſicu.Vidimus etiam.*
32 *Abradens* a *inſtrumenta*
a *dicitur falſum committere. Et ſcias, quòd de abraſione facta in littaris confirmatorijs principis, vel in litteris de iuſtitia; idem iudicatur, quod de raſura alicuius inſtrumenti. Et eſt communis opin. vt dicit Afflict.deciſ.404.poſt num.4.*
33 *Aperiens,* b *& deſigillans*
b *litteras alienas, vt illas oſtendat aduerſario, committit crimen falſi: ita tenet Bartol. in leg.Titio,numer.tertio ff.ad municip. Et eſt communis opi. vt dicit Aug. ad Ang. de maleſic.in verbo,Falſario,numer. 10.quem refert Pract. Conradi, fol.391.colu.1. in princip.*

195 Item † adde, an falſitas potius præſumatur in litteris gratiæ, quam iuſtitiæ, Maſcar.de probat.conclu.747.volum. ſecundo.
196 Item † adde, quòd falſitas commiſſa in litteris apoſtolicis eſt crimen mixtum, quod poteſt puniri à Iudice Eccleſiaſtico, & ſeculari, ita Abb. & Doct. in cap. cum ſit generale. de foro compet. & Boſſ. in tit.de falſ.num.108.
197 Item † adde, quibus pęnis puniantur falſificantes litteras, vel ſigillum Papæ, Regis, Iudicum, & prælatorum, aut ſcienter utens dictis litteris falſis, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, latè per Boer in deciſ.82.Grammat.uoto 25. numer.9. & Socin.in cap. falſariorum. de crimine falſ. & de pęna mandantis talem falſificationem fieri, Grammat.deciſ.
198 27.& † an pęna falſi teneatur mutans, uel abradens litteras Iuſtitiæ Principis, uel ſigillum, quoad facti narationem, Plot. conſilio.95. ubi loquitur de conſtitutione Mediolani, qua puniuntur falſificantes ſigillum, & litteras Principis, &
198 quibus † pęnis puniantur clerici falſificantes litteras apoſtolicas, uel Iudicum, Bernard.Diaz. in Pract. crimin. cano. capit.108.
200 Item † adde, quòd falſificans litteras Delegati Papæ, ita acriter non punitur, ſicut, ſi falſificaſſet litteras Papæ, Felyn.
201 in capitul.ſecundo, de reſcript. uerſ.ſtylus; & † ita eſt de falſificante litteras Proregis, ſecundum Grammat. in deciſ. 27.in fine.
202 Item † adde, quòd ſtatutum puniens ad mortem falſificantem ſigillum Regis non habet locum in falſificante uerba ſcripturæ Regis, Afflict. deciſ.404. & ibi latè de pæna iuris communis, & Regni Neapoli, falſificantis ſigilla, & litteras Principis. *Partum ſupponens.* Adde, quòd iſte caſus deficit in textu authoris, licet reperiatur in ſummario, de quo uide per Boſſ in titul.de partu ſuppoſito, & quibus coniecturis,
203 & præſumptionibus partus ſuppuſitio probari poſſit, latiſſimè per Maſcard.de probat.conclu.1147.& Menoch.de pręs-
204 ſumpt.libro quinto, præſum pt.24. & † per teſtes criminis particeps iſtud crimen probatur, Deci. conſilio 342. per totum, & cum Decio in eadem cauſa conſuluit Ruin.in conſil. 158. volum. quinto, & idem tenet Crauett. in conſilio 178. numero tertio, *Mutatio nominis.* Adde, quod etiam iſte caſus non reperitur in textu, & eſt poſitus in ſummario, de
205 quo vide ſimiliter Boſſ.in titul. † de mutatione nominis, & latiſſimè per Menoch.de arbit. iudic. caſu 318. quibus pęnis mutantes ſibi nomen puniri debeant, & idem dicendum eſt de mutatione veſtium doloſè facta; vt per Port. conſilio 77.
206 numero tertio, & † de conſulente, vt quis nomen ſibi mutet, vide Socin.iun.in conſilio 38.volum.ſecundo, & Afflict. ſuper conſtitut.eos qui ſcienter, in fine de periur. rubric.55. libro tertio, vbi de conſulente, vt quis ſibi mutet nomen, quando deponit teſtimonium, qui punitur de falſo, & quan-
207 do ſit licitum mutare † nomen proprium, ſignum, vel ſigillum, & alienum ſumere, & quomodo, Gulielmus de Bened.in capit. Rayn.in princip.fol. quarto numero 44.& an ex iuſta cauſa abſque pæna mutari poſſit, Bertazol.conſilio 408. numero decimoquinto, & decimonono; volum. ſecundo. *Baiard.*

z *Papæ, Regum.*] Et quòd falſificans litteræ Papæ, vel alterius Principis falſi pæna plectatur, vide per Iaſon in repetit.leg.admonendi, de iur. iurand.ante numer.149. Et falſificans litteras delegati Papæ non ita acrius punitur ſicut falſaſſet litteras Papæ, per Felyn.in cap 2.de reſcript. verſ.Stylus. Et de falſificante litteras Proregis, qui non fuit punitus, ac ſi litteras Regis, vide per Grammat. deciſ. 27.numero fin. *Giach.*

208 a *Abradens inſtrumenta.*] Adde, † quod delendo, vel interlineando ſcripturas committitur falſitas, Ruyn conſ.15. volu.5. Item & lacerando, Grat.conſil.59.num. 12.& conſ 72. volum.1. & Marc. quæſt.741. Itē ſi ſcripturæ aliquid addatur, vel detrahatur, Anchard. conſil.173. In Chriſti nomine, Marc. quæſt.743. & ſi aliquid amoueatur, Abb.in cap. ex litteris, de fid. inſtru. Marc.quæſt.141.
209 Sed † ad hoc vt pęnę falſi locus ſit, oportet vt rei ſu b ſtantia commutetur capit. ex litteris, de fide Inſtrum. Bald. & Doct.in l. fin. C. de edict. Diui Adrian.toll.Cephal.conſilio 332. numer.13. & quando
210 † dicatur commiſſum vitium raſuræ, ſiue cancellationis in parte ſubſtantiali, vel accidenteli, Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. quarto, numero 712. cum ſequen. Et raſu-
211 ra † non nocet, quando, ea non obſtante, poſt legi, quod prius erat ſcriptum. Crauet.conſil.73.numer.decimoquinto, & Grammat.conſilio 75.in ciuil.& Vrſil.ad Afflict. in deciſ. vltim.numero ſeptimo, & Menoch. vbi ſupra, & de raſura ſcripturæ vide etiam Maſcard.de probat.concluſ.1254 volu. 3. *Baiard.*

b *Aperiens, & deſigillans.*] Iſte eſt text.in l.1.§.ſi is, qui
212 ducenta, ff.eod.quem text.ibi ponderat Bartol. † contra Notarios, & Procuratores, vel Aduocatos, qui iura, & inſtrumenta ſuorum clentulorum oſtendunt eorum aduerſarijs, quia incidunt in pęnam falſi. Ad idem per Iacobin. de Santo Georg.in leg. ſi legatarius, ſub numero tertio, Cod.de legat. qui dicit eum, qui ſolum aperit, nec alij oſtendit, puniri pęna extraordinaria. Et ad rem adde etiam per eundem Bart. in leg. ſecundo, ff.eodem, atque per Franc.Marc.quæſt.740. & per Iaſon in repetitio. leg. admonendi, numer. 150. ff. de iuriuran.

Non reſtituens vero litteras ei, cui reſtituere mandatum ſuſceperat, committit falſum, per Bartol.in leg. Titio, colu. fin. verſicul. venio, ff. ad mancipal & in l. ſecund. Cod. de falſ. & in leg. ſi quis in graui, §. tabulas, ff.ad Senatuſconſult. Syllanian.

Ad materiam adde, quod lacerans generaliter incurrit crimen falſi, & quòd contra comburentem, vel radentem ſcripturam ad celandum veritatem procedi debet ad torturam, ex quo committit falſitatem, in qua acerrima fieri debet indagatio. Idem de cancellante ſcripturam publicam, quia falſum cōmittit, ex quo veritatē occultat. Item lacerans probationes aſſumptas ſuper tali crimine incidit in illud crimen, de omnib. his habetur per Crauett. in conſ.6. col.8. in verſic. ſecundum crimen, & in verſic.tertium crimen. Et laceratio ſubſecuta, declarat, qualis fuerit lacerantis animus in præteritum, & qualis fuerit informationum veritas, per Crauet.ibid.colu.7. verſic.5. & num.30.

Deſigillans.] Adde, & è conuerſo, quòd ſigillans litteras alieno ſigillo abſque expreſſa atteſtatione incidit in pęnam falſi: ſed quando, vide per Franch. Marc. quæſt. 974. per Bertach. in ſuo Repert.verbo, ſigillatio. ſeptimo. Similiter ſcribens litteras alieno nomine eo ignorante, dicitur falſarius, in capit.primo de magiſtr.poſt numerum 5.Detruncans vero bullas de litteris Papalibus, ſiue de alijs, incidit falſum. Bartol.in leg.Paulus, in fine, eodem. Similiter pæna falſi tenentur ſuæ Ciuitatis conſilia reuelantes. Et priuata miniſteria ſui Poteſtatis, vel Pręſidis detegentes per

Cæpol.crimin.conſ.39.nu.19. Similiter aduocatus, qui per pecuniā falſam ſuſcepit aduocationem, falſi pœna punitur. Glo. in l.1.de Sicar.& ibi per Marſil. num.fin.

Et ad illud, quod ſuperius dixi de aduocato oſtendente iura clientuli ſui parti aduerſæ, qui incurrit pęnam falſi, adde,

34 *Adſcribens* c *ſibi legatum in teſtamento alieno, punitur pœna l. Corn. de falſis. quæ eſt deportatio, & bonorū publicatio. l. 1. §.fin. ff. ad l. Cor. de falſis, l. Senatuſconſulto, C.de ijs qui ſibi abſcrib. Et hoc ex diſpoſitione Senatuſconſulti Liboniani, vt ibi. Hoc autem Senatuſconſultum de plano procedit, quando teſtamentum, de quo agitur, fuit confectum in ſcriptis, & ſic per ipſam ſolam ſcripturā poteſt ueritas voluntatis probari, prout ēt aperte loqui uidentur verba ipſius Senatuſconſulti. Sed quid in teſtamento*

vt per Iaſon.in l.non dubium, nu.36. C.de legib. Itē ſi aduocatus falſam legem adducit, tenetur iudex eam reijcere, alias vterque falſi crimine tenetur per Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium, nu.31.ff.de damn.infect. Sed aduerte, ne decipiaris, quia præſupponit ſcientiam.

Item fingens ſe Doctorem, qui non eſt, falſi pęna tenetur per Boſſ.in tit.de falſis, numero 131. quod intellige, ſi actum aliquem Doctori congruentem fecerit, alias ſi ſe ſimpliciter Doctorem appellauerit, extraordinariè ſolum punitur, ita per Corſet.in Repert. Felyn. verb. Doctoratum vſurpans, atque per Moncha.ad Crot. tractat. de teſtibus nu.176.cum ſequē. Idem de illo, qui dicit ſe clericum, cum non ſit, per Felyn.d.c. 1. de magiſtr.

Idem de illo, qui dicit ſe comitem, & facit actus comitis, cum non ſit, debet grauiter puniri citra mortem, per Felynum, ibidem.

Item, fingens ſe creditorem mercatoris, vel ſibi non fuiſſe ſolutum in præiudicium aliorum creditorum, tenetur pœna falſi, per Iacob.de S.Georg.in l.repetita, num.2. ff.de fide inſtrument. qui numero tertio idem addit de illo, qui conficit apocam, vel ſcripturam ſub nomine alieno, quaſi ille ſcripſerit, qui incidit in pęnam falſi, & num. 4. ſimiliter de Notario actorum, qui ſcripſit in actis, talem realiter produxiſſe tale inſtrumentum, & alia, quæ in rei veritate non fuere producta niſi verbo, incidit in crimen falſi. Item impetrans ſupplicationem alterius nomine punitur arbitrio iudicis, vbi ſupra per Felyn. Item citans aliquem fingens ſe nuncium, cum non ſit, punitur ciuiliter, & criminaliter, & tenetur ad intereſſe citati, ibidem. Item abradens de litteris ſcribentis nomen, & ſuum apponens, punitur vt falſarius, ibi. Idem de notario, qui confecit inſtrumentum, & non eſt Notarius, quia tenetur pęna falſi; ſecus ſi erat, & fuit depoſitus, per Boſſ. vbi ſupra, de falſificationibus verò deſcriptorum, atque de iſtorum pœna, vide per Afflict.deciſione 21.& 24.& per Iaſon. de Lud.eius deciſ.

Vltimo nota, quod falſum in iudicio, committens, poteſt abſque nouo proceſſu puniri, per Ancharan.conſ.173. col.fin. Item, quòd vbi apponitur falſi exceptio in reſcripto, tunc maior ſeueritas requiritur in inquiſitione, quā in alia ſcriptura, per Afflict.deciſ.vlt.num.16. *Giach.*

b *Aperiens.*] Aperiens, vel non reſtituens, Bart. in l.qui teſtamentum, ff.de falſ.Emanuel Suarez, verbo litteras, practic. B.Diaz.c.96.Rom.conſil.365.in fin. Decian.tract.crim. tom.2.lib.7.c.17. nu. 46. *Roſ.*

213 *Aperiens litteras alienas.*] Adde, quod amouens litteras iudicis à manu ſeruentis pęna falſi tenetur, Guid. Papa deciſ.
214 579.num. 5.& † quid in lacerante litteras iudiciales, vnde Guid. Pap. deciſ. 233. & ibi addentes.
215 Item † adde, quod dicitur aperuiſſe litteras, qui non legit Bartolus in l.tertia, §. ſi quis tabulas, ff. ad Syllan. & quis di-
216 catur † legiſſe ſcripturam, Bartolus, & Baldus in l. prima, ff.de his, quæ in teſtament. delen. in princip. & Bartolus in l.
217 qui teſtamentum. ff.ad l.Cornel.de falſ. ita diſtinguit; † aut quis aperuit litteras, vt aduerſario mittentis eas oſtendat: & tali in caſu incidit in pœnam falſi: ſi verò aperit, & ipſemet vidit, & alteri non oſtendit: & tunc putat, quòd debeat puniri extraordinariè crimine ſtellionatus: & idem tenet Roman. in conſilio 397. verſiculo Dum verò. Et Alciatus in conſilio
218 impreſſo poſt eius tractat.de duel.num. decimoquarto; † & ſi diuulgaret contenta in litteris ad alterius iniuriam, actione iniuriam teneretur, Gondiſl. Villadiego Hiſpanus in tractatu de legat. in tertia parte, quæſtione prima, num. 4.
219 Item † adde, qui litteras alteri ſcriptas lacerat, vel comburit, tenetur pœna falſi, Abbas in capitulo cum olim de offic. delegat.
220 Item † adde, quòd ſi aperiens litteras alterius, eſſet clericus eius pœna eſſet depoſitio, c.ad falſariorum, de crimin. falſi.& Rom. conſ.367.
221 Item † adde, quòd ſi quis ex apertura litterarum publicarum conſilium ineat, quo hoſtes Principis, aut Reip. aduerſus eo iuuet; tali caſu aperiens litteras publicas incidit in crimen læſæ Maieſtatis. Roman.in dicto conſil.165.
222 Item † adde, quòd ſigillans litteras alieno ſigillo abſque expreſſa atteſtatione incidit in pœnam falſi, & quando, vide
223 Franc. Marc. deciſione 274. & † ſimiliter ſcribens litteras alieno nomine eo ignorante. dicitur Falſarius, Felyn.in capit. 1.num.5. de magiſtris.
224 Item † adde, quòd lacerans inſtrumentum violenter in præſentia iudicis punitur arbitrio iudicantis Alexand. in l. reſpiciendum, § delinquunt, ff de pœnis, Bald.in l.1.num.2.C.de fid.inſtrument.& Abb.in cap.accepimus, numero quarto, extra eodem, & ibi in additionibus multum diffusè declaratur
225 iſta materia de lacerandis ſcripturis, vbi habetur, † quòd eadem pęna veniret puniendus, ſi auferret, licet non violaret, & idem tenuit Rom in ſingul.381. & Bald.in cap. peruenit e'l primo de teſti.cogen.quod ſi laceratio fit, vt veritas occultetur, punitur pœna falſi; aliàs verò punitur extraordinariè, & idem tenuit Felynus in cap. accepimus, numero duodecimo
226 cum ſequent. & ibi numero decimoquarto, dicit † de proijciente inſtrumentum in ignem, poſtquam fuerit productum, quando arguebatur de falſo, quòd debet puniri pœna falſi, &
127 quando † lacerans inſtrumenta falſum committat, latè per Maſcardum de probationibus, concluſione 959. volumine ſecundo.
228 Item † adde, quòd veniret puniendus, etiam quod arripetet rem propriam, & laceraret, ſeu in ignem proijceret, quia punitur talis temeritas, Ancharanus conſilio 173. numero ſexto.
229 Item † adde, quòd lacerans cartam de libro communis, vel fiſci punitur pœna, l.ſi quis id, quod. §.1. ſecundum Bart. ff.de iuriſd. omn. iud.
230 Item † adde, quod aperiens litteras relationis vnius iudicis, etiam ſi dirigerentur Summo Pontifici, non tenetur pœna falſi, ſed extraordinaria, text.eſt in cap.cum olim magiſter, dę offic.deleg. & ibi Abb.dicit communem, & Bertaz.conſ.112. vbi dicit, quod aperiens litteras tenetur pœna falſi, quando oſtendit aduerſario: & ibi in addition. habentur tres caſus, in quibus non tenetur pœna falſi.
231 Item † adde, an ille, qui non reſtituit litteras eius, cuius mandatum ſuſcepit, puniendus ſit, & incidat in falſum, Bald. in l.Titio, cum eſſet, in princ. ff.ad municip.& etiam ibi Bart. numero tertio.
232 Idem † adde, quod ſi Iudex mittat acta ad conſultorem, & pars, cui acta ſunt commiſſa deferenda conſultori, diſigillat, aperit, & legit, aliam pœnam non patitur, niſi quod contra illa acta, nihil amplius poteſt opponere, cap.cum olim magiſter, de offic. delegat.& ibi Baldus, & Felynus dicunt, quod licet non poſſit dicere, ſcripturam diſigillatam, non eſſe veram, poterit tamen dicere, contenta in ea non eſſe vera. Idē tenet Anguiſſol. in conſilio 20. libro primo, vbi dicit, quod li-
233 cet † notarius oſtendens atteſtationes, nondum publicatas, incurrat pęnam falſi: pars autem, cui fuerunt oſtenſæ, nullam pęnam incurrit. *Baiard.*
334 c *Adſcribens ſibi legatum.*] Adde † videndum omninò Hoſtienſ. in ſumma, titulo de crimine falſi, numero quinto, circa huiuſmodi falſitatem; & in quibus caſibus excuſari poſſit.

nuncupatiuo , quod conficitur coram teſtibus , propterea que videtur ceſſare ſuſpicio , ex quo voluntas poteſt etiam per ipſos teſtes probari ? Reſp. quod etiam in tali teſtamento locum habet diſpoſitio dicti Senatuſcōſulti. Ita tenuit Dyn. quem communiter Doctor. ſequuntur, vt dicit Bello. conſ. 80. poſt nu. 3. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Boß. in tit. de ijs, qui ſibi adſcribunt nu. 3. Licet enim adſint teſtes , quando conficitur teſtamentum : tamen experientia docet , quòd quilibet de facili obliuiſcitur, præſertim ea , quæ ad ipſum non pertinent. Præterea vbi quid reperitur ſcriptum in teſtamento , pauci ſunt, qui contra ipſum teſtamentum velint deponere. [d] *Si tamen notarius probaret per teſtes, quod teſtator tale legatū ſibi reliquiſſet, credo, quod euitaret pœnam falſi. Et ita intelligo illud , quod dicit Anan. in cap. accedens. poſt num. 6. de crim. falſi, dum atteſtatur communiter teneri, quod quando eſt tale teſtamentum nuncupatiuum , quod probatur per teſtes , non tenetur notarius in eo aliquid ſibi adſcribens ſ. quod ſecuta probatione per teſtes , notarius non ſit ex ea cauſa moleſtandus.*

36 *Probibens* [e] *aliquem teſtari incidit in crimen falſi. l. Paulus , ff. de falſis. vt in caſu Corn. conſil. 56. lib. 1. & conſ. 84. eo. vol. et couſ. 209. lib. 2. & conſ. 110. lib. 4. & Calc. conſ. 91. & Iaſ. conſil. 31. lib. 1. & Soc. conſ. 105. lib. 1. & Soc. iun. conſ. 148. lib. 2. Et punitur talis probibens pœna extraordinaria , arbritrio iudicis. Ita tenent cōmuniter Doct. vt dicit Boſs. in tit. de ijs, qui prohibent aliquem teſtati, nu. 1. & ei aufertur hæreditas tanquam ab indigno. Scias tamen , quod ad hoc , vt huiuſmodi pęna locū habeat , duo requiruntur: Primum, quod defunctus* [f] *vellet teſtari : Secundum , quod fuerit* [f] *probibitus teſtari. Et hoc eſt commune dictum , vt atteſtatur Soc. iun. in d. conſ. 148. nu. 1. lib. 3.*

37 *Vendes* [g] *eandem rem duobus , incidit in crimen falſi: Si vero alienat duobus alio contractu quam venditionis, punitur tantum pęna ſtellionatus, tex. in l. qui duobus, ff. de falſis. Sed certe illius iuribus derogatum eſt per generalem conſuetudinem , vt atteſtatur Pract. Pap. in forma libelli , in actione hypothecaria , in verbo , Sub ead. col. fin. quem refert Pract. Conradi. fol. 396. nu. 22.*

225 Item † addė , quod notarius poteſt ſibi aſcribere in teſtamento certam quantitatem pro mercede, & precio ſcripti teſtamenti, & non incurrit pęnam falſi, dummodò quantitas legata non ſit nimis exceſſiua pro debito ſuæ mercedis, quia ſaperet legatum, Cuman. conſ. 79. quē ſequitur Simon de Pretis de interp vlt. vol. libr. 2. ſolut. 2. nu. 28. *Baiard.*

d *Si tamen notarius.*] Vel etiā ipſe teſtator id ſcripſerit, quia etiam peti poterit, l. 2. C. de his, quæ in teſt. ſibi adſcrib. Io. Dilect. de art. teſt. tit. de leg. caut. 1. *Roſ.*

239 *Si tamen Notarius.*] Adde, † quod idem tenet Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 1. tit. 6. numer. 5. *Baiard.*

e *Probibens aliquem teſtari.*] Tu adde, & vide fuſius, ac diligentiori ſtudio per Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 397. vbi explicatum habes, quibus pęnis, & quādo teſtari impediens, vel teſtamentum prius conditum reuocari, uel compellens hæredem facere afficiatur. *Giach.*

237 *Probibens aliquem teſtari.*] Adde † videndū Plot. in l. ſi quādo, §. 45. nu. 1. C. vnde vi. Practica autē, & modus querelæ inſtituendæ aduerſus aliquem prohibentem, ne quis poſſit teſtari, ſeu mutare primum teſtamentum, & quot requirantur, & quomodo pro-
238 bentur, † plenè habentur per Pariſ. conſ. 67. volu. 3. & Guliel. de Bene. in c. Raynutius , in ver. condidit, col. 2. nu. 23. de teſtam. vbi dicit etiam , quod prohibitio probatur, ſi impediat venire notarium, vel teſtes. Et quibus pęnis prohibēs teſtari puniatur, vide omninò Menoc.
239 de arbitr. iud. caſu 365. vbi de hac materia † latiſſimė, & grauiſſimė peccat cum obligatione reſtituendi, & pęna perdendi hæreditatem, Nauar. in Manuali confeſſ. c. 26. nu. 36. tomo 1. fol. 354. vide etiam omninò nouiſſimė tradita per Peregr. de iure fiſci. li. 2. tit. 6. vbi quibus modis teſtari prohibetur; & quæ probationes requirantur , & prohibitum quem fuiſſe teſtari , quomodo probetur, vide etiam Maſcard. de probat. concluſ. 1355. Hoc autem non procedit , quando poſt prohibitionem potuit teſtator multoties ad libitum teſtamentum cōdere, aut mutare, quoniam tunc illi, qui prohibuerant, damnū aliquod ſentire non debent, Menoch. vbi ſup. nu. 25. *Baiar.*

f *Vellet teſtari.*] Adde Menoch. vbi ſup. nu. 31. *Giach.*

*f *Vellet teſtari.*] Aliam pœnam falſi, ſed hic nō tactam. vide apud Neguſ. tract. de hip. 1. memb. 3. par. ſub nu. 25. Item adde, quod in hoc § non fuit tactum , quia non modo dicens, fabricans , vendens, abradens, prohibens , & ſimilia incidit in pœnam falſi, ſed etiam tacens, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. caſ. 276. nu. 26. cent. 14. caſ. 310 nu. 14. Crauet. conſ. 282. ſub nu. 7. ad fin. & tunc contra talem teſtem procede, vt infr. q. 25. verſ. Torquentur etiam, vbi dixi, & no. quia in tali caſu taciturnitatis magis dicitur delictum fraudis , quàm falſitatis, vt per Angel. de Vbaldis allegatum ſupra, verſ. Tertius eſt caſus d. conſ. 73. nu. 11. vol. 2. *Drog.*

Probibitus teſtari.] Declara, vt non procedat, quando poſt prohibitionem potuit teſtator multoties ad libitum teſtamentum condere , aut mutare , quoniam tunc illi , qui iam prohibuerant damnū aliquod ſentire non debent , vt poſt Socin. iun. in d. cōſ. 149 numer. 48. declarat Menoch. vbi ſupra num. vigeſimoquinto .

g *Vendens.*] Quid de eo , qui finxit ſe creditorem mercatoris falliti, cum in veritate debeat, vel fingat ſibi non fuiſſe ſolutum , de quo ſi hoc faciat in pręiudiciū aliorum creditorum , quod tenetur pœna falſi , ita per Iacob. de S. Georgio in leg. repetita , num. 2. ff. de fide inſtrumentorū quod & eſſe adnotandū ſuperius monui. *Giach.*

Vendens eandem rē.) Sed an pignorans eamdem rem duobus teneatur hac pœna? Quòd nō Neguſ. dict. tract. de pignor. 4. par. princ. nu. 47. & hic perpetuò no. quòd vendens rem duobus, ita demum tenetur pœna , ſi à primo emptore receperit pretium , aliàs ſecus; ita limitatur dict. leg. qui duobus, ff. de falſ. ex mente Odofred. dixiſſe Baldum refert Fab. de Monte, tract. de empt. & vēdit. 3. quæſt. princip. numero 50. in fin. *Drog.*

Vendens,] Boſſius tit. de falſ nu. 112. *Roſ.*

240 *Vendens eandem rem duobus.*] Adde, † quod fallit tribus modis, vt per Plot. in repet. l. ſi quando, § quarto, numer 69. fol. 50. C. vnde vi. Vide Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 381. vbi declarat ſtatutum de pœna vendentis rem duobus , & ibi numero vndecimo , po-
241 nit etiam † de donantibus rem duobus, * & eiiam, qui tentauit alienare , puniri debet ſecundum Menochium vbi ſupr. de arbitr. iudic. caſu 360. numero ſeptuageſimo. Et quod hodie huiuſmodi delictum non ſit punibile pęna falſi , Burſatus conſilio centeſimo , numero trigeſimo primo , Volumine primo , vbi dicit , quod tantum punitur ex iuris municipalis cenſura .

Item adde, quod obligans rem ſuam duobus , debet dicere ſecundo, etſi non prædixerit, crimine ſtellionatus tenetur, lege tertia, ff. de crimin. ſtellion. quod intelligendum eſt, ſi debitor interrogatus eſſet; aliàs non : Aliter magna pars hominū, qui res ſuas obligant paſſim hoc crimine tenerentur, quod nō eſt dicendum .

Vnde bonum eſſet, ſi creditor timet, rem aliquam prius fuiſſe ad aliquem obligatam, vt interroget tempore contractus debitorem; & tunc, ſi per calliditatem negauerit, tenebitur pœna dict. leg. Ita declarat Rebuffus in conſtitut. reg. tomo ſecundo , in tractatu de conſtitutione reddituum, articulo primo, Gloſſa octaua, verſiculo decimoquinto , folio 408. Et ſi dicit illam non eſſe alteri obligatum, & ſi contrariū apparet

38 *Trita* [h] *eſt concluſio apud omnes, quod ſuſpicio falſi pro veritate habetur : & fuit dictum Archid. in capit. in memoriam, 19. diſt. Scias tamen , quòd hæc concluſio ita ſimpliciter intellecta non eſt vera , imò in contrarium eſt communis opin. vt atteſtatur Gratus conſ. 69. num. 16. lib. 2. Socin. iun. conſ. 45. num. 8. lib. 3. quē refert Hercula. de prob. nega. nuu, 131.*

39 *Eſt igitur diſtiuguendum :* [i] *Nam aut loquimur in criminalibus ad puniendum aliquē de falſo : & tunc ad probandam falſitatem non ſufficiunt coniecturæ , neque ſuſpiciones ſed requiruntur probationes legitimę , & quę de neceſſitate concludant . Eſt communis opin. vt dicit Socin. iun. couſ. 39. numero 44. & num. 77. libro 2. & conſilio 61. numer. 9. eod. volum. Boſſ. in tit. de offic. corrupt. pec. num.* k *14. Aut* [k] *loquimur in ciuilibus ad elidendam aliquam probationem : & eo caſu vti-*

promittit illam liberare , euitat penam ; Neguſ. de pignor. part 3. membr. 1. numer. 21. Et ad hoc dictum , quòd vendens eandem rem duobus teneatur pęna falſi, vide etiam Monticel. in pract. crim. reg. 15. num. 36. vbi plenè.

Item adde , quod obligans eandem rem dnobus euitat pēnam, ſi alterum per obligationem pecuniæ ſeruat indemnem Luc. de pen. in l. 1. num. 11. C. vt nemo ad ſuū patroc. lib. 11. *Baiard.*

h *Trita eſt concluſio.*] Ad huius concluſionis intelligentiam vide Deciu. congruè loquentem conſilio 188. addit. ad Alexand. in conſilio 77. littera D. volu. 1. & nota, quòd ſuſpicio falſitatis adducit, vt ſuſpectus cōtrarium probare debeat, Dec. in c. 2. nu. 41. de reſcript Maran. in ſuo Spec. part. 6. ſub tit. & peruenitur aliquando per viam Inquiſitionis, numer. 149. limita tamen dicta per Dec. de quo ſupra , & iura dicentia ſuſpectum de falſo detineri poſſe , vt tunc ſic ſuſpectus detineri non poſſit, ſi dat idoneam fideiuſſionem , vt per Capyc. deciſ. 30 num. 4. ad fin. infr. q. 52. verſ. ſcias etiam , Falyn. in cap. ex parte el. 1. col. 6. verſ. impetratio, de reſcript. Qualiter autem ſuſpicio falſi habeatur pro veritate , intellige quò ad hoc , ne inſtrumentum , vel teſtis dictum ſuſpectum probet Crauett. conſilio 56. ſub. numer. 20. ad fin. conſil. 134 num 26 quo ſtante remouentur ea , quæ ſatis prolixe, & inutiliter dixerunt aliqui moderni; dum volunt omnia concludere , de quibus mentionem feci infra ad quæſt. 53. verſ. dixi etiam, ſi namque ſuſpitio operatur, vt hic , quando magis teſtes plures etiam ſingulares , cui adde Curt. iun. conſ. 132. num. 10. *Drogh.*

Trita eſt concluſio apud omnes, quod ſuſpicio, &c.] Adde,
242 quid † ſit ſuſpicio , & quod gradus ſint ſuſpecionis , latiſſimè per Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 7. num. 41 cum multis ſequen. & de multis ſuſpicionib. habetur per Crauet. conſil. 134. numer. 26. cum ſequen. & conſ. 28. Ruin. conſilio 35. volum. 4. Socin. iun. conſil. 189. numer. 61. volum. 2. Pariſ. conſ. 12. num. 16 vol. 4. Neuiz. conſ. 8. nu. 38. deciſ. Pedem. 117. Decian. conſ. 99 num. 11. vol. 2. Monticel. in pract. crim.
243 reg. 15 num. 125. vbi accumulauit treſdecim † ſuſpeciones falſitatis, ſiue indicia, vide etiam Maſcard. de probat. conclu. 740 vbi multum latè , quæ preſumptiones inducant iuſtam cauſam faſitatis, & Menoch. de arb. Iud. caſ. 187. num. 34. & in tract. de præſumpt. lib. 5. quæſt. 20 & Veral. deciſ. 4. par. 2. maximè , quando agitur ciuiliter ; & ad hanc materiam , & de multis præſump. vide etiam Ferrant. Gargiar conſ. 123. & conſ. 125. vol. 1. inter conſ. crim. diuerſ. & Plot. conſil. 79. vbi tractat de coniecturis cuiuſdam dominationis. Et ſicut ſuſpi-
244 cionibus, & præſumptionibus inducitur falſitas ; ita † etiam coniecturis , & præſumptionibus ceſſat ſuſpicio falſi ; & quibus præſumptionib. & coniecturis, habetur per Port. con. 95.
245 & magis latè Menoch. de præſumpt. d. q. 20. Et † falſitas ex duabus præſumptionib. probatur quando ciuiliter agitur. Cra. d. conſ. 134 num. 39. Cephal. conſil. 287. num. 4. Et Maſcar.
246 d. concluſ. 740. num. 45. & circa dictum Archid. quòd † ſuſpicio falſi pro veritate habeatur , vide Crau. d. conſ. 134. nu. 26. & Gabr. com. concl. li. 7. concl. 6. & Abb. conſ. 99. per tot. ſe contra Gabr. in loco ſupra citato tenet Rimin. iun. in conſ. 58. per totum ; vbi aliter declarat dictum Archid. & ſuſpicio falſi in ciuilibus pro falſitate habetur , niſi à parte producente, ſiue fabricante inſtrumentum veritas approbetur , & poterit procedi ad puniendum, l. iubemus, C. de probat. quod eſt ſpeciale in crimine falſi ſecundum Cur. conſ. 55. num. 16. & Ferrant. Gargiar. in d. conſ. 123. num. 24. & conſ. 125. nu. 24. vbi de communi atteſtatur.

247 i *Eſt igitur diſtinguendum.*] Adde, † quomodo intelligenda ſit regula, quòd ad probandam falſitatem probationes debent eſſe de neceſſitate concludentes , Ferrant. Gargiar. in conſ.
248 126. numer. 8. & ſequen. & ibi etiam habetur , quomodo † probatur inſtrumentum falſum , & inſtrumentum ſuſpectū de falſo vide etiam Alban. d. conſ. 99. vbi hanc materiam plene diſcutit & quæ differentia ſit in-
249 ter falſum, † & ſuſpectum de falſo. *Baiard.*

k *Aut loquimur in*
250 *ciuilibus .*] Adde , † quòd in dubio , ſi agitur ciuilibus , iudex inſtrumento fidem adhibere non debet, Alban. d. cō-
251 ſilio 99. num. 7. & † quando quis arguit falſi ſuſpicionem contra inſtrumentum, vt in cauſa ciuili, & pecuniaria nullam faciat fidem ſatis erunt leuiores probationes , & præſumptiones , quam illæ requiſitæ in cauſa criminali , dummodo præſumptiones ſint ſatis vrgentes : ſecus autem , ſi leues , friuolæ , & temerariæ Parii. conſ. 28. numer. 50. volu. 2. Natt. conſ. 633. num. 16. & Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 99. nu. 19. & quod ſuſpitio falſi pro veritate habeatur in ciuilibus ad infringendam fidem probationum tantum, nō autem ad puniendum , Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucenſ. 15. numer. 65.

252 Item † adde, quod teſtis, vel inſtrumentum, contra quod tantummodo excipitur , quòd eſt falſum adhuc , vt non probet , & probatur id verum eſſe per confeſſionem , vel per teſtes , non facit fidem ; ſed tamen ex ordine , nec extra ordinē non punitur de falſo teſtis , nec producens inſtrumentum, vel illud conficiens , niſi excipiens petat etiam illum teſtem , vel partem criminaliter puniri , vel Iudex inquirat de eo dilicto, ſecundum magis communem opinionem , vt per Boſſ. in tit. quomodo procedatur per except. num. 2. & 3.* & ſequen. vide etiam Io. Ant. de Nigr. in capit. 216. numero quinto , vbi dicit , quod Iudex qui cognouit de crimine , ciuiliter poterit ex officio procedere contra delinquentem , & ei imponere pęnam criminalem , ſed non eadem inſtantia , nec cum proceſſu .

253 Item † adde, quod in cauſa ciuili , vbi agitur de falſo, poteſt deueniri ad capturam ex ſola ſuſpicione falſi, & Fab. Tim. ad Magin. in deciſ. Lucenſ. 43. littera B. & latè Menoch. de præſumpt. d. q 99 nu. 8 . vbi latè .

254 Item † adde , quod in cauſa falſi , ciuiliter mota , poteſt deueniri ad leuem torturam, etiam contra Notarium, Fran. Marc. deciſ. 163. numer. 6. part. 2. Maſcard . de probat. concl. 740. num. 47. vol. 2. Afflict. ſuper Conſtit. Regni, lib. 3 tit. de falſarijs, num. 4. & Fab. Tim. ad Magin. in d. deciſ. 42. littera, A, deciſ. 43. littera, B. vbi dicit , quòd ſuſpicio falſi ſufficit ad capturam , & coniecturæ ad terturam ; ſed non ita acriter ſicut in criminalibus .

255 Item † adde , quod ſi producitur inſttumentum confectum à notario, qui conſueuit conficere inſtrumēta falſa, non probat in ciuili: ſed repellitur, niſi teſtibus comprobetur , Paul. de Caſtr. in leg. vltim. in princip. Cod. de probat. Alexān. conſilio 77. numero 6. uolum. primo , Curt. iun. conſilio 178. numero 13. qui uerè reſponderunt de teſtamento , quod dicebatur ſuſpectum vitio latenti ; teſtibus tamen , & coniecturis detecto, & comprobat Natt. conſilio 933. numero 13. ſic etiam de uitio latenti reſpondet Neuiz. conſil. 27. num. 13, & 25 & ita tradit Menoch. de præſumpt. d. quæſt. 99. numero 17. & 18.

156 Item † adde , quod ſi Notarius nondum eſſe condemnatus de falſo ; ſed valde eſſet ſuſpectus , & diffamatus , inſtrumenta ab eo confecta eſſent ſuſpecta , Paul. de Caſtr. conſil. 103. uolum. ſecundo , Bald. conſilio 66. factum tale, uolum. 3.